Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Incipit opuſculū triptitum de
preceptis decalogi De ↄfeſſioē
⁊ de arte moriēdi · p̱ eximiū ſa
cre theologie ꝓfeſſorē Magi-
ſtrū iohānem gerſon alme vni-
uerſitatis pariſienſ Cācellariū

Kiſtiaitati ſuus q̄liſcūqʒ zelator ꝓſpeꝝ ad virtutes vicijs depulſ incremētū. Salubre duxi ſequēs opuſculū triptitum de p̄ceptis · de cōfeſſioē · de ſcīa mortis · breuitate qua potui tradē · quatuor p̄ſertim xp̄ianorū generib⁹ pro futurū. Primo ſacerdotibus ⁊ curatis illitteratis · atqʒ ſimplicibꝫ · qui cōfeſſiones audire debēt. Scd̄o indoctis q̄buſcūqʒ pſoīs ſecularibus aut religioſis · que ecc̄ie ſolitis ſermoibus aut p̄dicacōibus · pro diuinorū p̄ceptoꝝ noticia intereſſe nō poſſunt. Tercio pueris ⁊ iuuenibꝫ · qui a rudimētis infātie circa fidei noſtre gn̄alem tenorē ⁊ p̄ncipalia pūcta p̄mitus debēt erudiri. Quarto pſoīs domos dei vel hoſpitalia loca frequētantibꝫ ⁊ infirmoꝝ ſollicitudinē gerentibꝫ. Quo circa ad hui⁹ doctrīe publicacōez q̄druplex pſonaꝝ ſtatus debet vigilare. Primo plati



LANDES- UND STADT- BIBLIOTHEK DÜSSELDORF

[um 1467]

quos inferiorū curatorū regimen de propin-
quo concernit quibus inſup curatorū igno
rantia craſſa diuine legis. et inſufficiēs eru-
dicio ſimplicis populi imputabitur in pecca
tum. Secundo parentes pro filijs apud
ſcolarū rectores inſtare deberent. Tercio
domorum dei et locorum hoſpitalium guber
natores et magiſtri. Illi quarto genera
liter. qui in verbis aut factis. ⁊ alijs ſignis
alios ad peccandū induxerunt. Quiqȝ ex
officio alios docere debuerant. et id agere
negligunt. Hij namqȝ ſumptibus ſuis ⁊ di
ligentijs. per huius aut ſimilis doctrine pu
blicacōnem debent aliorum correctionem
procurare. Hoc enim agere penitentia q̄
dam eſt. hoc ſatiſfactio. hoc opꝰ miſeicordie
deo acceptius q̄ꝫ eleōſina corpalis. Agāt
igitur prenoīāti. ꝙ doctrina hec libris in
ſcribatur. tabellis affigatur tota vel per par
tes in locis cōmuībus. vt pote in prochiali
bus eccījs. in ſcolis. in hoſpitalibus. in locis
ṙligioſis. Demiqȝ expediēs videret. vt ſuper
hoc fiēt a pn̄cipātibꝫ edictū. aut ꝙ ab eccīe
p̄latis indulgētie ꝯferent. Actor vero ſeip̄m
exonerat apud te xp̄ianitatē ſanctiſſimam
agat quilibet q̄ in te ⁊ de te gloriat̄ qđ bonū
eſſe cognouerit. Gloria ſit altiſſimo deo

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

in cuius noie pn̄s aggredior opus ad ſalu-
tem fideliū aīarū· ordinatū ad erudicōnem
precipue rudis ⁊ ydeote populi· et eoꝝ q̄bꝫ
cōſuetis ecc̄ie ſermonibꝫ et predicacōibꝰ mi-
nus intēſſe aut informaī ꝯcedit. In quo
veluti tabella quadā ⁊ cōpēdio breui· teno-
rē fidei criſtiane lucide poterūt inſpicere et
diuina precepta ꝓhibicōneſqꝫ vt ex hiis
quid agere quid ve fugere debeant poſſint
diſtinctius agnoſcere. Cōtinet aūt pn̄s
tractatulꝰ capitula· xviij· quorū qdlibet in
duas vel tres vel q̄tuor ꝑticulas cōuenient
ſubdiuidi poſſet. Primū capitulū af-
firmat mūdum a deo fuiſſe creatū et ꝙ ipſe
deus vnꝰ ſit et trinꝰ. Cur etiam aut ad quē
finem homo creatus ſit

Irmiſſiē credendū eſt ⁊ nullatenꝰ
dubitādum ꝙ ſolū vnus eſt deus
omīpotens· omīa ſciens· et oēm ꝑfe-
ctionē habēs· in tribus ꝑſonis diſtinctis· q̄
ſunt pater· ⁊ filiꝰ· ⁊ ſpūs ſcūs· qui mūdum
creauit ⁊ creatū regit et gubernat ſola ſua
liberrima volūtate· et dignātiſſima bōitate
Speciali aūt ꝓuidentia huānā gubernat
⁊ dirigit creaturā· dans viris ⁊ mulieribꝰ
aīas immortales· creans eas tpaliter· tunc
cum eas corꝑibus infundit· ⁊ ad ymaginē



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

⁊ ſimilitudinē ſuam formans eas·vt creat⁹
homo ſuum conditorē deum cognoſcat·dili
gat·venētur· et eius preceptis in hac mōꝛli
vita obediens·per opera bona et meritoria
vitam tandē immōꝛlem btitudinis plenam
in aīa ⁊ corpe perpetuo conſequat᷑·et ita ſit
bonis angelis ſociatus·⁊ in loco malorum
angelorum ſiue demonū ſubſtitutus. Qui de
mones ꝓpter peccatū in has inferioēs ptes
terre corruerūt·dāpnacōis ſententiā ſuſti
nētes. Cum quib⁹ etiā iuſtiſſime dampna
būtur hoīes iniqui diuinis preceptis inobe
diētes· et more beſtiali quaſi non haberent
aīam rōnalem ſuis voluptatib⁹ ſeruientes

Scdm capitulū oſtendit humanū gen⁹
ꝓpter primorū parentū tranſgreſſionem ⁊
peccatū multiplicem incurriſſe miſeriam

J dei veritate credendū eſt primos
parētes nr̄os adam ⁊ euā· qui ad
tam nobilē finem conſequende bea
titudinis creati fuerant· clauſiſſe paradiſi
ianuam et beatitudinis introitum toti ſue
poſteritati generis humani. Quoniam per
peccatum inobedientie donū iuſticie origina-
lis quadam hereditaria poſſeſſione pro ſe
⁊ ſuis poſteris acceptum a deo ipſi prodito
res perdiderunt. Quo dono gratuito

originalis iuſticie cõſeruatõ nos oẽs a cul-
pa immunes fuiſſem⁹. et ab omi miſeria fa-
mis ꝛ ſitis aut infirmitatis abſoluti. et ab
alia q̄libet penalitate liberi. adeo ꝙ oĩs alia
corporalis creatura nobis pacifice ſubiecta
fuiſſet. ꝛ tandẽ abſq; mortis pena in paradiſũ
fuiſſem⁹ trãſlati. hoc aũt dono ꝑ pccm̃ p̃mo꜡
parentũ vt ꝓmiſſum eſt ꝑdito. nos moriendi
necẽitatẽ. ꝛ vniuerſam quã patimur penam
atq; miſeriã incurrimus. quia naſcimur in
pcc̃o originali. ſcilicet in p̃dicte original' iuſti-
cie carẽtia. cõtra qd pccm̃ tanq̃ remediũ effi-
cax a xp̄o inſtitutũ eſt batiſmi ſacramẽtum

Terciũ capitulũ declarat qualiter a deo
redẽpti fuerim⁹. quis etiã ſit gñalis tenor
xp̄iane fidei ꝛ credendorũ a ſingulis

Mnipotẽs dñs ac piiſſimus pater
Volens humanũ gen⁹ tot ꝛ tantis
ſubiectũ miſeriis ineternũ perire. ꝛ
a regno paradiſi in perpetuũ exulare. cõcurrẽ-
te iuſticia ſimul ꝛ miſericordia hiis remedi-
um decreuit adhibẽ. Voluit ſiquidẽ idẽ piiſ-
ſimus pater vnigenitũ filiũ ſuũ abſq; corru-
pcõne carnẽ ſumẽ. et hoiem fieri. intra inte-
merate virginis marie immaculatũ vterũ
Tãtaq; ꝛ tã mirabilis vnio facta eſt dua꜡
natura꜡ diuine ꝛ huãne in vna ꝑſona filii

a iiij

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

dei. vt vere deūs homo diceret ꝛ homo deus
ipſe eſt ihus criſtus ſaluator noſter piter
ꝛ redemptor. Qui antea quidē a patriar-
chis et prophetis denunciatus. nouiſſime
in fine temporū in hac vltima mundi etate
ꝯceptus ꝛ natus. a paſtoribus eſt ꝯgnitus
a tribus regibus oriētis adorat9 a ſymeoē
ſene ꝛ alijs ꝙ pluribus predicatus. ꝛ a be-
ato Johanne baptiſta demōſtratus. Idē
deus et dn̄s noſter Jheſus xp̄s circit ānorū
triū ſpacio legem diuinā xp̄ianāq3 religio-
nem p̄dicauit et docuit. eā innumerabilib9
miraculis confirmando. quā ꝛ in ſcripturis
q̄tuor euangeliorū nobis per ſuos miſtros
exhibitā obſeruandā reliquit. Ordinauit
inſup ſeptē ſacramenta ecc̄iaſtica. q̄ ſūt ba-
ptiſm9. cōfirmacō. ordo. eucariſtia. penitētia
mr̄imoniū. vnctio extrema. Ip̄e poſtreō
vt nos redimēt ꝛ ſaluaret ſb̄ pōcio pylato
ſupplicō crucis acerbiſſimā ſuſtinuīt paſſio-
nem ꝛ mortē. ſepult9 deinde. ꝛ tercia die re-
ſurgēs ſpacō dierū q̄dragita. diſcipulis ſu-
is veritatē ſue rēſurrexiōis declarās frequēt
appuit ꝛ tādē videtib9 aplis celos aſcēdēs
ſedet ad pr̄is dexterā in excelſis venturus eſt
poſtremo idem dei filius Jheſus xp̄s in fine
mūdi per ignē finiēdi. ꝛ in meli9 immutādi

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

iudex gn̄alis hoīm cūctorū in aīa et corpore reſuſcitādorū· redditur⁹ ſingulis p̄mia meritorū· bonis ſiquidē celeſte regnū perhennis btitudinis· pccoribus vero penale ſupplicīū ignis eterni. Hic eſt gn̄alis tenor orthodoxe fidei xp̄iane· quā firmit̄ credē tenet̄ catholic⁹ q̄libȝ racōe vtens· abſqȝ curioſitate pure atqȝ ſincerit̄· ſine falſitate ⁊ certitudināliter reiecta dubietate ⁊ nolēs plus ſapere q̄p oportet· ſed occurrentib⁹ difficultatum dubijs humilit̄ ſe ſbmittat credulitas ſimplicīū intemerate fidei ſcē mr̄is eccie· ſapiētū prelatoꝝ ⁊ doctorū ac oīm ſcōrū ⁊ ſanctarū qui in teſtimoniū hui⁹ inuiolate fidei vſqȝ ad mortē dimicauerūt. Contra hāc fidē illibatā g̃uiſſime peccant heretici· ſciſmatici ydolatre· ſortilegi incantatores· et magicī ceteriqȝ artib⁹ a lege diuina ꝓhibitis vtentes· aut demonū inuocatores· ⁊ gn̄alit̄ qui articulos fidei noſtre tōliter aut in pte· palam vel occulte derident. Jlli pretēa qui non credūt deū oīa iuſtiſſime regere ſua liberrima volūtate· ſed pocius aſſerētes omnia nature vel fortuē vel fato ſubici. Pretēa malorū queadmod bonorū finalem ſaluacōnē affirmātes. Jlli demiqȝ q̄ nr̄orū actuū imputabilitatē ad meritū vel demeritū negant

qui dei predeſtinacōnem vel reprobacōnem dicunt operum noſtrorū tollere libertatem Horū ſimiles contra fidem orthodoxam ſūt errores innumeri ꝓcedentes ex intellcū ſup bo. huiliare ſe deo r̄cuſante. aut ex falſa phi loſophia vel poci⁹ melācolia. fātaſtica. aut demū ex voluptuoſa carnalitate rōnis iudi cium et affectus pietatem ſubuertente

Quartū capitulū maīfeſtat q̄d de⁹ nobis obſeruādū p̄cepit enuērās decē p̄cepta de

Igit̄ in ſupioribꝰ habitū calogi eſt de⁹ optim⁹ atq3 iuſtiſſim⁹ nos hoīes vltra ſupraq3 irracōnabiles creaturas a deo excellenter condiderit ad ymaginē ſuā. ſcz dans memoriā intellectū atq3 volūtatem. vt cognoſcamus eum ſer uiamus ⁊ amem⁹ miſericordiſſime. preteā redimerit. paſſionem pro nobis talem per ferendo. qualem nec ipſi ꝓ delictis noſtris ſufferre vellemus. profecto iuſtiſſimū eſt vt ipſi deo fidelit̄ ſeruiamus. tanq̄ ſubiecti ſu p̄mo dn̄o. ſicut filij natuāles patri legittiō et velut ſerui ex dominio peccati. carcere morteq3 r̄edempti ſaluatori liberaliſſimo. At tento q̄ nobis eius precepta ſeruātibꝫ glo ria inexcogitabil̄ ab eodem ꝓmittit̄ trāſgreſ ſoribꝰ vero ineſtiābilia tormēta reſeruant̄

Cognoſcens nõlominus ipſe piiſſim⁹ pa
ter nr̃am fragilitatẽ ⁊ exiguã potentiã non
requirit a nobis omne ſeruiciũ quod ſcd̃m
iuſticie rigorẽ exigere poſſet·dedit qñ poci⁹
certũ numerũ preceptorũ quorũ obſeruacõ
ſibi ſufficiens eſſet·que etiã legis decalogo
cõtinent᷑. Qua propt᷑ ad hec precepta ſci
enda ⁊ intelligenda tenet᷑ quilibet p̱ ſe vel
aliũ dilligentiã apponẽ pro cõſeruacõe vite
ſpũalis quãtum ꝓ vite corpalis ſuſtẽtacõe
ponẽt et eo maiorẽ quo immortalis aĩa eſt
corpe preſtantior·ſine quoꝝ noticia nullus
poteſt cõuenient᷑ peccata vitaẽ aut ab eis
reſurgẽ·et quoꝝ ignorantia ex deſidia ꝓue-
niens non excuſat ſed accuſat ⁊ ꝯdempnat
Sũt aũt hec decem p̃cepta hijs metris cõp̃
henſa. Vnũ crede deũ. nec iures vane p̱ ipm̃
Sabbata ſcifices · habeas in honore pentes
Non ſis occiſor· fur· mechus· teſtis iniqu⁹
Viciniqz thorum· res qz caueto ſuas
Quĩtũ capitulũ declarat p̃mũ p̃ceptũ
Rimũ preceptũ eſt·Diliges dñm
deũ tuũ·ex toto corde tuo·ex tota
mente tua· ⁊ ex tota virtute tua·
Hoc eſt· non voles ſcient᷑ rẽ quã-
cũqz amare plus q̃ deũ ꝓpter qḋ dei amorẽ
pdas. Hoc aũt preceptũ cõuenient᷑ ab hoĩe

ſeruat et non aliter ſi legem dei ⁊ alia pre
cepta opibus impleat. Quiſquis enim
mortaliter peccat preceptū hoc infringit quia vo-
luntatē ſuā diuine volūtati oppoſitū precipiē-
ti anpomit. Spūaliter autem contra hoc
preceptum agunt hoīes ingrati coñ diuina
iudicia et ordinaciones aut regimen erga
ſe vel alias creaturas murmurantes quaſi
non eſſet deus omnino iuſtus bonus atq;
miſericors et totus amabilis atq; deſidera-
bilis. Illi item qui in foueam deſpacōnis
ſeipſos precipitant per impacientiā. Illi
preterea qui vrgente infirmitate aut neceſ
ſitate aliqua ſortilegos conſulunt et diui
natores. vtentes pocius in ſcripturis aut
breuibus cartulis ſiue ſedulis collo ſuſpen
ſis aut caracteribꝰ ⁊ aliis q̄buſlibet vanis
credulitatibꝰ q̄ſi deus ipſe nō eſſet vſqueq̄
q; bonus potens et ſapiens ad eis ſuccur
rendum quantum ſit eorum neceſſitatibus
expediens. Faciat igitur homo in neceſſita
te conſtitutus quātum poteſt procurans re
mediū naturali induſtria non temptando
deū q̄ graue peccatū eſt aut noua miracula
expectando deſiderandoq;. Reliquū vero qd
nature viēs excedat deo plena fide omittat
⁊ indubitanter deus q̄ noſcit omnia quiq;

optimus eſt illud qđ optimū eſt ꝯmodiſſi-
mūqȝ fuerit homī cōferet. Sepe equidē infir
mitas pauptas aut alia queuis tribulacō
eſt hoībus vtilioꝛ ꝙ̄ nimia ꝓſperitas qua
facilit̄ abutimur. Scit nāqȝ pater quid filio
pꝛoſit. mgr̄ qđ diſcipulo ꝯueniat. ⁊ medicꝰ
pacienti de remedio cōpetēti nouit melius
ꝓuidere. Peccāt inſup con̄ preceptū hoc
illi qui mūdano quodā timore irriſoꝝ aut
oblocutoꝝ verba formidantes diuinis p̄ce
ptis obedire verētur. Quaꝓpter etiā grauiſ
ſime peccant huiuſmoī irriſores. pſonas di
uino ſeruicō deditas in ſtatu r̄ligioīs. virgi
tatis aut viduitatis cōſtitutas. aut ſtudio
theologie deputatas affectioē carnali a bo
no ope r̄trahentes. Hoc rurſus p̄cepto nob
precipit̄ honoꝛ et r̄uerētia ſcis exhiberi. ſpe
cialit̄ virgini marie. et bono āgelo cuſtodi
nr̄o. vt michil turpe ipſo vidente ⁊ pn̄te faci
amus. qđ pn̄tibus hoībus agē refutaēmꝰ
demiqȝ ſcōrum r̄liquias. loca ſcā ⁊ beatoꝝ
ymagines debemꝰ venerari. non ꝓ ipſis ſȝ
quia videndo eas honorē impendimꝰ r̄bus
repn̄tatis p eas iux̄ ritū ſcē mr̄is eccie. alio
qn̄ pccm ydolatrie ꝯmittitur ymaginē ſcđm
ſe adorando credendo ipſam ymaginē pul
chrā ſiue turpē nouā aut veterē plus aliqđ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

habere virtutis et quātq̄ numīs includere vel diuinitatis. Huic precepto plurimū contrariat̄ nimius honor dn̄is tempalibus aut magnatibus adulacōne ſiue malo ali quo ſine exhibitus. Omnis etiā ſimulacio vel ypocriſis ad inanem gloriam hominū aut fallacem decepcōem ordinata. Immo deratus item amor parentum erga filios ꝛ generaliter auri ꝛ argenti. aut alicuius cre ature. ſic ꝙ homo ibi ſiſtat et in eis confidē ciam ponat. Non enim hec omnia ab infer nali morte nos poterūt liberare. ſolus q̄ppe deus eſt verus et fidelis amicus q̄ in extreā neceſſitate opem p̄ſtare pōt. Vnde ꝛ ſuper omnia confident̄ cum cordis ſinceritate ho norari debet adorari ꝛ diligi ꝛc̄

Sextū capitulū eſt de ſecūdo p̄cepto

Ecundū p̄ceptum eſt. Non iurabis p nomē dei tui inuanū ꝛ ſine cauſa Con̄ p̄ceptū hoc p̄ncipalit̄ agunt q̄ ſciēt̄ qd falſū eē credūt iurāt. piuriū ɔmit tendo. Valde namq̄ȝ hoc graue peccatum eſt cum deus aſſumatur tāq̄ teſtis falſita tis. et qui artificioſe iurat falſum. artificio ſe deierat quāq̄ enim pro loco et tempore conuenienter veritas poſſit ſubticeri non ta mē dici falſum ſcienter et periurium ɔmitti

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Peccāt etiā grauit̄ contra preceptū hoc
q̄ turpia faciūt iuramēta· deum blaſphemā
tes· ⁊ aīas ſuas iurando demonib⁹ deuouen
tes· quiqꝫ de huānitate criſti ⁊ ſcīs inhone
ſte loquūtur. Coñ quos omēs ſic ꝑiuros et
blaſphemos· ſtatute ſūt leges pūitiue tam
a terreis pr̄icipib⁹ q̄ꝫ a prelatis eccīaſticis
vnde dolendū eſt ꝙ ꝓpter negligētiam ipo-
rū quib⁹ penas exequi ꝑtinet nō ſorciūtur
effectū. Multū vero diligent̄qꝫ p̄miſſa debe
rēt attēdere· hij qui cauſa lucri de facile iu-
rant· quēadmod̄ mercatores et mercatces
Jlli etiā q̄ abſorpti paſſione aut ebrieta-
te in ludis frequēter inhoneſtis ſiue ꝓhibi-
tis· vt eſt taxillorꝫ ludus enormit̄ iurant ⁊
gn̄aliter quicūqꝫ ꝑuerſa conſuetudine aut
inclinacōne ꝑuenti· iuramentū emittūt. Jn
talib⁹ quippe ſepe ꝑiuriū cōmittit̄ ꝓpter qd̄
etiā tales aliq̄ peiores ſūt in hoc ſarracenis
aut iudeis minus deū honorantes. Ad hoc
aūt genus pcc̄i ꝑiurij· ſcꝫ reducit̄ votorum
fractio· ⁊ ſolucō fidei m̄rimonialis· ⁊ gn̄alit̄
infidelitas· qua in altei⁹ preiudiciū ſecretū
ipm̄ reuelat̄· ſiue ꝑ confeſſionē ipſi⁹· ſiue alio
mō ſecreto cognitū· lege nāqꝫ diuina et na-
turali ſecretū teneri debet· qd̄ in ſecreto acce-
ptum eſt · niſi alia via fuerit ſibi detectum

Poſtremo contra p̄ceptum hoc reductie peccant qui vouent aut promittunt ea que ſunt de ſe illicita. q̄p ſi ꝓmiſſa talia ope ꝯpleant grauius inde ⁊ dampnabili⁹ peccant

Erciū preceptū eſt. Tu obſeruabis dies dñicos et feſtiuos ab eccleſia ſeruari p̄ceptos. Hec obſeruacō aut veneracō multiplicit̄ accipiēda eſt. Primo q̄dē vt q̄libet xp̄ian⁹ illo die dñico vel feſtiuo legitio impedimēto ceſſante. miſſaꝫ audire teneat̄. Scd̄o vt q̄libꝫ eo die abſtineat ab oī labore aut mercacōe. ⁊ alio quouis laborioſo ope. ſcd̄m ritū ⁊ ꝯſuetudinē patrie quā inhitat. quā ꝯſuetudinē p̄latus ſpūal illi⁹ loci ꝯgnoſcens nō ꝓhibet. Qd̄ ſi aliqui ſup tali ꝯſuetudiē ſeruāda aut alijs caſib⁹ dubietas occurrat. ꝯſulat ille ſupiores ⁊ pitos. ne p amplā nimis aut ſtrictā ꝯſciam in pccm cadat. Tercio accipiēda eſt hec obſeruacō. vn⁹ q̄ſqꝫ illo die ꝓpriā vitā ⁊ ꝯſciaꝫ diſcuciat de ꝯmiſſis criminibus a deo veniam petēs. Recognoſcē debet tūc xp̄ianus multiplicia bñficia ſibi a deo preſtita. nō in āquo murmurādo. aut ſibi guerrā de bonis ſuis faciēdo ſꝫ gr̄ias ēferēdo. Debꝫ tūc audiri v̄bū dinū ⁊ ſpūalis doctrina pacifice atqꝫ reuerēter abſqꝫ irriſioē aut impedimēto quocūqꝫ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Meditet̃ p̃terea q̃libet ⁊ corã oculis cordis
q̃ȝtum p̃ot ↄſtituat mortẽ ſibi de propinquo
imminẽtem infernũ atqȝ paradiſum· mortem
etiã p̃morũ hoĩm qui in hac vita prefuerũt
facta etiã memorabilia ſcõrũ et ſcãrũ· dicat
Pater nr̃. Aue maria. Credo· ⁊ alias ſi q̃s
didicerit oracões deuotas· penitẽtias iniũ-
ctas ſibi diligent̃ pficiat · requirat inſup di
uinũ auxiliũ intẽceſſione mediante ſanctoꝝ
⁊ ſcãrũ a quibꝰ velut paup et mendicꝰ eleõ-
ſinã ſpũalẽ poſtulet· nũc ad vnũ nũc ad ali
um ſe cõuertẽs quouſqȝ bonũ aliqd̃ ſpũale
in ſaccum ſue pauptatis cõgeſſerit. Pretẽa
doceat quiſqȝ curã alioꝝ habens· filios aut
filias ⁊ alios ſeruitores diebꝰ ſolẽpnibꝰ et
feſtiuis ſimilia facere. Horũ enĩ omiſſio cul-
pabilis eſt defectus. Predictis tamẽ nõ
obſtantibꝰ licite p̃ot homo diebus dñicis ⁊
feſtiuis aliq̃ȝ recreacõeȝ ⁊ ſpaciamẽtum vel
ludũ honeſtũ cauſã ſolacij aſſumẽ plus q̃ȝ
alio tẽpe· dũmõ p peccm mõrle nõ offendat̃
deꝰ· comedendo· bibendo chorisando aut aliũ
ludũ exercẽdo. Quãq̃ȝ frequẽtiſſiẽ in talibꝰ
ludis grauia pccã ↄmittãtur· queãdmodũ
piuria rixe diſſencões deſideria · carnalia
opa· verba ⁊ carmiã luxurioſa contra deum
⁊ equitatẽ iuſticie · adeo vt ſepiꝰ die dñico

minus malū eſſet arare q̄ꝫ talia perpetrare
Coñ preceptū hoc peccāt grauit̄ impediē
tes predicacōem aut diuinū ſuiciū verbis
aut factis intra ecc̄iam aut ex̄. Quicqȝ circa
eucariſtie ſacramētū irreuerētes ſūt. aut er
ga alia ecc̄iaſtica ſacramēta ſicut baptiſmi
⁊ mr̄imonij celebracōez q̄dā ſūt irridētes ⁊
ſacramēta ↄfirmacōnis ⁊ vnctōis extreme
ſuſcipe ↄtēpnētes. Ceteꝝ coñ idē p̄ceptū
valde ḡuit̄ deliquūt hij q̄ in certis ſolēpni
tatibꝰ anni irreuētias multas ⁊ abhoīabi
les perpetrāt. Jlli etiā q̄ talia faciētibꝫ dant
ↄſenſū. Jlli p̄ſerti q̄ ex officiō poſſent et debe
rēt talia impedire. nec excuſari poſſunt ludi
pretextu. Aſſerit nāqȝ veridicū prouerbiū
Non patitur ludum. fama. fides. oculus

Septimū Capitulū de q̄rto loquitur

Onora pntes. Eſt q̄rtū pre p̄cepto
ceptū. Hoc aūt accipiendū eſt non
tm̄ de pntibus carnalibꝫ. ſȝ ⁊ de pre
latis ecc̄iaſticis. ⁊ cuātis nr̄is. q̄ nos in xp̄o
r̄gnauerūt. ⁊ gn̄alit̄ de p̄poſitis ⁊ ſupioribꝫ
mgr̄is ſcȝ bn̄factoribꝰ ⁊ t̄reis pn̄cipibꝰ. Cō
ſimilit̄ etiā de mortuis ⁊ defūctis intelligēdū
eſt. quo ad hoc q̄ꝫ ꝓ ipſis deū rogare tēmur
Contra preceptū hoc grauit̄ peccant hij
qui ſine cauſa racōnabili ſuis ſuperioribus

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

quibuſcū̄q; detrahū̄t aut maledicū̄t. ⁊ eos
ꝑdunt. vel mortē̄ eis optā̄t. queā̄dmodum
mali filij parē̄tum mortē̄ frequent̄ deſiderā̄t
vt eoꝝ hereditatē̄ poſſideant. Tr̄ſgredi
untur etiā̄ preceptum hoc qui cō̄tēpnū̄t pre
cepta ſcē̄ mr̄is ecc̄ie. veluti excō̄icacō̄is ſentē̄
ciā̄ ꝑuipendē̄tes. et ieiunia indicta ab ecc̄ia
ſine cauſa racō̄nabili ſoluentes. cū̄ tamē̄ ea
obſeruare poſſent ſine ſui corporis notabili
ḡuamiē̄. Sicuti etiā̄ libtatū̄ ecc̄ie violatoē̄s
que libertas ecc̄ie conceſſa eſt. nō̄ tā̄ fauore
miſtroꝝ ecc̄ie. q̄̄ntum intuitu diuini honoris
non eni ꝓpter maliciā̄ aliquoꝝ miniſtrorū̄
ecc̄ie. debet a quoq̄ꝫ fideli xp̄iano ſtatus p̄la-
ticus aut ecc̄iaſtic⁹ diffamari aut ledi. nec
ꝑdit virtutē̄ ſuam baptiſm⁹ aut miſſa cele-
brata ſiue aliud ſacramentū̄. ꝓpter maliciā̄
miniſtroꝝ. Tenet̄ p̄terea hoc p̄cepto lay-
cus fidelis quā̄q̄ꝫ aliqui ecc̄ie miniſtri mali
ſint. debitū̄ reddē̄. miſſam audire. decimas
et oblacō̄nes ⁊ alia iura reddere ordinata
ꝑ ſuſtentacō̄e ecc̄ie miniſtrorū̄. qui vacā̄do
diuino ſeruicō̄ toti rei publice ſeruiū̄t. plu
rimis alioꝝ hoīm ꝓpter tp̄ales et nec̄carias
occupacō̄nes ab hoc miniſterio preditis. q̄
ſic ecc̄ie debitū̄ reddit. lib et immuīs deo nō̄
hoīb⁹ ſeruit. Porro p̄ceptū̄ hoc infrigū̄t

b 7

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

qui leuit nimis et inſipienter redarguunt
ṫrenos pn̄cipes ſup corū actibus publicis
ſiue ꝯſtitucōibus ꝛ ſtatutis. nō attendētes
ſepius eoꝝ onera ꝛ ſarciās ğues. q̄s ſubdi-
tus popul9 nō debet nec pōt ꝯgnoſcere qua
ꝓpter nec eos de facili iudicare debꝫ. multa
poci9 examini dīno ꝛ̄ſeruātes. corā quo ſūt
ipſi pn̄cipes actuū ſuorū rōnē ꝛ̄dditur. De
niqꝫ ſoluūt hoc preceptū qui nolūt ſupiorū
ſuoꝝ aut ſapientioꝝ acq̄eſcē ꝯſilijs. ꝓprijs
iudicijs innitētes. prouenit quippe graue
peccatum hoc ex inobediencia ꝛ dedignanti
ſupbia. in errorem ꝛ decepcōem hoiem indu-
cēs. Contigit nāqꝫ ſepius vt aliquis homo
talit deceptus ſupbia. tante ſe reputet ſcita
tis vt huāno conſilio nō indigere ſe credat
Fit proinde vt deceptus homo ille ꝓpter au
ſterā nimis et idiſcretā abſtinētiā. q̄ bonā
eē credit capitis furiā aut aliā infirmitatē
incurabilem malo fine piturus incurrat

Nonū capitulum de quīto precepto

Vintum p̄ceptum eſt. Non occides
hoiem. ꝛ eſt intelligēdum q̄ nō eſt
interficiendus hō auctoritate ꝓpria
ꝉ pticulari. ꝛ p viā facti p̄t̄miſſa via iuſticie
ꝛ eq̄tatis. Hoc p̄cepto diſtricte ꝓhibet oē p
uēſū odiū ꝛ deſideriū vīdicte ſeu mortis aliē

malū item cōſiliū et iniquꝰ ꝯſenſus in altiꝰ
nocumentū leſionē vel mortē. Q̄d ſi pſona
leſa fueit ecc̄iaſtica. aut in ſtatu clericali cō
ſtituta ḡuius eſt pc̄cm. ⁊ incurrūt eo facto
ſic agentes ⁊ cōſenciētes excōicacōis ſentē
ciā. Con̄ p̄ceptū hoc grauit̄ deliquūt hij
qui odio vel rācore p̄ncipalit̄ moti. aut intui
tu vindicte. aut aliene ḡuamīs pociꝰ q̄ȝ zelo
iuſticie inſtigati ꝓximos ſuos ꝑ placitacō
nes ⁊ ꝓceſſus aut iudicia publica multipli
citer vexant. etiā quod ſuū eſt r̄equirentes
Poteſt n̄lominꝰ homo q̄d ſuū eſt in iudicō
publico repetē. ⁊ ordine iuris ſeruato emen
dam rōnabilē ſue dāpnificacōis requirere
abſqȝ hoc q̄ odiendo ꝓximū mortaliter peccet
quāq̄ȝ ſepe pro pace ꝓpria ⁊ trāquillitate et
attenta ꝓximi indigētia. eligibiliꝰ eēt oēm
emēdā abſqȝ lite publica r̄emitti. Vulgo nā
qȝ dicit̄. In denario litis nō eſt obulꝰ amo
ris. Multū vero is qui ledit aliū debȝ atten
dē. q̄ ex alteriꝰ mutilacōe vel occiſiōe ſiue
leſione quacūqȝ. cōtingit interdū leſū cum
ſuis heredibꝫ depauperari. in quo caſu ledens
quēadmodū fur aut latro ad omniū bonoꝝ
pditorū reſtitucōem tenet̄. Preterea cōtra
preceptū hoc grauit̄ peccant q̄ quoquo mō
impediūt ex ꝯmixtiōe viri ⁊ mulieris fetum



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

naſci· aut abortiuū procurāt · ſeu ꝑcuſſione
violēta vteri · aut nimia ingluuie aut ꝓpt̄
anguſtiā veſtimētorū ad laſciuiā ordinatā
aut aliam quācūq; negligētem fetus cuſto
diam· ꝙ ſi fetus iam erat aīatus grauiꝰ eſt
pcc̄m · tunc enim vere homicidiū ꝑpetratur

Inſup con̄ preceptū hoc ſpecialiter peccāt
inuidi detractoēs odio pleni ⁊ iracūdi tunc
p̄cipue cū inter affines aut alios guerras
aut diſcordias implacabiles excitāt ex qui
bus mala plurima oriūtur ·adeo vt is q̄ litē
mouit eā cū vellet non ſciret aut valeret ſe
dare·vn̄ ⁊ apud deū dampnorū inde ꝓueni
entiū reus cōſtituit. Occurrit deniq; con̄
p̄ceptū hoc dāpnabilis ⁊ horrēda ꝯſuetudo
in aliquibꝰ obſeruata ꝓuincijs·q̄ pro vniꝰ
delicto tota ipſius progenies in mortem et
perſecucōnem perquiritur. Hoc tandem
precepto interdicitur omne duellū mortale
aut torneamētum quibꝰ mortis veriſimilit̄
imminet periculum

## Decimū Capitulū de·vi· loq̄t p̄cepto

Sextū p̄ceptū eſt. Nō furtū facies. Et
eſt furtū vel latrocinīū rem alienā
rapere ſiue retinē·alio cuiꝰ eſt igno-
rāte·ſic ꝙ ip̄i hoc ꝯgnoſcēti diſplicēt. Hoc p̄-
cepto diſtricte ꝓhibet̄ oīs iniuſta mercacō

cultura quelibꝫ terre aut labor infidelis ⁊ fal-
lax· quodlibet aut mendoſū artificiū· fictus
etiam dicte labor· et rerum venaliū inutiliū
quolibꝫ pro vtilibꝰ venditio · ſiue venditor
earū· res eas emendo deceptus fuerit ſiue nō
Non enī quia deceptus ſū licite poſſum aliū
decipe· Prohibet item hoc p̄cepto omis
vſura· falſa aduocacō aut procinacō · placi-
tacōqꝫ vel lis nō rite aſſumpta· fraudulēta
procuracō· aut iniuſtū iudiciū· et gnaliter
omnis decepcō manifeſta aut falſo colore
velata qua quis alteri dāpnū facit qd ſibi
nollet fieri. Aggrauat aūt peccatū hoc fur-
ti vel latrocinij ex circūſtātijs loci ⁊ tēporis
pſone· ⁊ ſimilibꝫ · queadmodū ſi rem ſacrā
in loco ſacro · aut tpe orōni deputato quis
auferat. Si etiā pſona dāpnificata paup fu-
erit ⁊ in ſe vel ſuo ſtatu aut in ſuis heredibꝫ
ex hoc graue detrimentū paciat. Requirit
aūt ad pſone ſic aliū dampnificantis abſo-
lucōem· vt ablata ⁊ dāpna ex integro dam-
pnificato reſtituat· ſcdm iudicium boni viri
queadmodū citius ⁊ cōmodius poterit. Qd
ſi facultas nō ſit omīa reddere· ſaltē quod
poterit reſtituat· ⁊ ſi dāpnificatus ignoretur
ablata nichilominus in pios vſus ⁊ eleēmoſinas
diſtribuat ſcdm iudicium ſupioris. Hoc

etiā p̄cepto prohibet̄ omīs ſimonia que eſt ſacrorum venalitas· pluralitas itē bñficiorum abſq3 racōnabili cauſa·et formacō vel vſus falſe monete. Item rem aliquā ad certos t̄minos ad credentiā plus iuſto vēdere· ⁊ oīs ɔtractus illicitus. Preteá prohibet̄ hoc precepto oīs detractio ⁊ diffamacio q̄ alteri⁹ fama bona oī argēto p̄ſtantior alteri iniuſte tollitur. Debet equidē ſic diffamās alteri famā ablatā reſtitue̋ quātū pōt publice q̄nq3 veitatē cōſidēdo ⁊ ſe male feciſſe aſſerēdo ⁊ multomagis ſi totū aliquē ſtatum iniuſte diffamaueit. Inſup hoc preceptū infrīgūt q̄ a ſb̄ditis ſuis vltra iuris equitatē ⁊ rei publice nccitatē tēpalia bona violent̄ diripiūt · q̄ etiā leges iniuſtas aut p̄cepta cōdūt cōn̄ deū ⁊ ecc̄iam q̄ in eo facto excōicacōem icurrūt. Ampli⁹ hoc tñſgrediūt̄ preceptū adultē mulieres illegittiōs filios ad legittiōrū hēditatē ſuccedē facientes· queq3 virorꝫ ſuorū bō eis ignorantibus ſūptuoſe nimis cōſumunt. Conſimilit̄ delīquūt filij parentum bona eis neſcientibus inutiliter exponendo · ſeruitores etiam ⁊ diſpenſatores dominorū ſuorum aut mgrorū bona infideliter miniſtrando · eccleſiaſtici viri eccleſie bona luxurioſe · aut pompatice

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

aut ea in theſauros cumulādo. Illi itē q̄ termi-
nos agroꝝ dilatāt ꝓxi̅os defraudādo. Qui
tributa iuſte inſtituta ſolue̅ renuūt. Et hij q̄
b⁹ ꝯmiſſa eſt teſtamētoꝝ execucō. eleo̅ſi̅as
ꝛ cetera legata in p̄iudiciū defūctorū implē
differētes. aut ſolue̅ recuſantes. Plurimi
ſunt modoꝝ horū ſimiles qui ex p̄cedentib⁹
immoderatis ſūptibus ꝓueniūt. cum quis
multiplicit̄ vltra reddit⁹ ꝛ ꝓuent⁹ ꝓprios
ſūptuoſū gerit ſtatū. ſūptuoſus naqȝ ſtatus
ſūptuoſas requirit expenſas. Poſtremo
cōn̄ preceptū hoc grauiſſime peccāt. hij qui
pecuia aut prece violēta pentes ꝓpinquos
aut ſeruitores principaliter intuitu ſeruicij
ecc̄ie bona occupae̅ ꝓcurant cum preſertim
ecc̄iaſtica beneficia dignis ꝛ ſufficientibus
debeant̄. ꝛ pure nō ſymoniace ꝯferri debeāt
Alioqn̄ in bn̄ficio nullū ius acquirit. nec a
crimie̅ liber eſſe pōt quouſqȝ bn̄ficiū ſimpli
citer reſignet ſymoniace promotus ꝛc̄

Capitulū. xi. Septimū cōtiēt p̄ceptū

Eptimū p̄ceptū eſt. Nō mechaberis
nec luxurioſus eris. Hoc precepto
inhibet̄ ſub pena peccati mōrlis. oīs
ſocietas ꝛ carnalis ꝯmixtio viri et mulieis
excepta mr̄imonij lege. Hui⁹ naqȝ oppoſitū
aſſere̅ eſt error cōn̄ fidē. Prohibet̄ etiam

precepto hoc tā in mr̄imonialit̄ cōiūctis ꝙ
in ſolutis ois luxurioſus attactus mēbroꝝ
geitaliū quo nō ſeruat̄ natural' ordo indit⁹
a natura·l' nō rite copulant̄ ptes ad gn̄acō
nem a natura deputate. Et tanto pc̄cm hoc
grauiꝰ eſt·qn̄to a naturali ordine lōgius re
cedit·ſiue int̄ pſoās ſolutas·ſiue qd crimē
aggrauat cōiūctas mr̄imonialit̄ ſiue fuerit
huiuſcemoi attactus in ſe vel in alia pſona
aut reſpectu beſtie in altera ſpecie· p turpiſſi
mā ⁊ illicitam ꝯplacētiā cōſūmatꝰ· ſi demqꝫ
ſpecialit̄ attactꝰ ipſe innatural' ꝑueniat a
fediſſiā viliſſimaqꝫ delectacōne q̄ mollicies
vel pollucio dicitur. Si quis autem in hijs
vel aliq̄bus horū culpabilis eſt. ſufficienter
intelligere poteſt quid iſti modi generales
loquēdi ſignificent nec eni ꝑticulariꝰ extra
confeſſioēꝫ eſt abhomiābilis hec immūdicia
explicanda· ne caſte aures pure ⁊ innocen
tes horum prius ignotoꝝ noticiā acquirāt
⁊ ſcandalizent. Sunt etiā caſus iſti enor
miū contra naturam peccatorum· prelatis
maioribus epiſcopis ſcꝫ ⁊ ſuis pēitenciarijs
ad abſoluendū reſeruati· quorū aliq̄ ſcd̄m
leges ignis pena plectūtur. Nec poteſt ali
q̄s quotcūqꝫ bona ⁊ elemoſiās opet̄ ineter
nū ſaluari ſi pudore motus hec pc̄a reticeat

vel adeo celet vt nõ poſſit confeſſor peccati
ſpēm diſtinctius perpēdere. Peccati nāqꝫ
perpetracõ debuit maiorē pudorem inferre
ꝙ̄ eius reuelacõ preſertī in ꝯfeſſioē. Inci
dit aūt homo in horrendū pccm̄ hoc varijs
de cauſis. aliqn̄. quidē ex ſola malicia altei⁹
impellētis. ſicut iuuenes aliq̄ puerſi alios
innocētes frequent̄ decipiūt. Alij ex nimio
ocio. frequent̄ ex ſupcõne nimia potus aut
cibi. potuū p̄ſertī aut ciborū exceſſiue nimis
ſup calefactiuoꝝ. Sepe ex inhoneſtis ver-
bis. aut aſpectib⁹ radicatis aut fixis. Qn̄qꝫ
ex diuturna cogitacõe circa carnalē actum
vel ꝯmixtionē viri ꝛ mulieis. aut inordina-
to appetitu carnalis cõmixtionis cū tali vel
tali pſona. Interdū etiā ex puerſa doctrina
parentū. ſeruitoꝝ aut ancillarū. ſiue quod
magnū facin⁹ eſt magiſtroꝝ. cū quib⁹ iuue-
nis aliq̄s cõuerſat̄. aut nutritur. vel poſtre-
mo ex ſola peccati malicia. Ceterū ꝓpter
deteſtandū peccatū hoc olim mūdus cõſum-
ptus eſt vniuerſali diluuio. ꝛ quiqꝫ ciuita
tes ſodome ꝛ gomorre igne celeſti ſuccenſe
vt habitatoēs eaꝝ viui deſcēderēt in infer
nū. Propter idem peccatū hoc quod diuinā
exclamat vindictam. venīūt ſepius fames
guerre. peſtes. mortalitates. inundacões

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

aquarũ· ꝓdicões regnorũ· ⁊ alie multipli-
ces clades prout ſcripture teſtant. Princi
pale vero ⁊ efficax cõn̄ peccatũ hoc et gn̄alit
aduerſus luxuriam remediũ· eſt ſobrietas
victus· malorũ vitare conſorcia ⁊ ociũ· ma-
las et noxias cogitacões ſtatim repellere
ne figantur in corde · ex toto conatu preces
ad deum · virginem mariam · ſanctos ſan-
ctaſqꝫ dirigere cogitacões ſuas aliorſũ di
uertere· ⁊ interdum corpalem penã libẽter
aſſumere· quẽadmodũ quidam peritus lin-
guã propriã mordẽs ⁊ tẽptacõnẽ alloquẽs
ſpuendo dicebat· phy· phy· phy· horrenda
immundicia· et tu nequiſſime demon auſus
es michi hanc illuſionẽ pñtare. Huius
demiqꝫ peccati luxurie plurime ſũt alie ſpẽs
ſcdm varios hoīm ſtatus · quẽadmodũ car-
nalis ɔmixtio affiniũ· parentũ· aut aliorum
religioſorũ. Item pſonarũ viduarꝝ · aut vir-
ginũ ɔſtupracõ · qñqꝫ raptus violentus ex
quibꝰ infinite clades oriunt · vt ꝙ perſona
aliqua in via ꝓdicõnis cõſtituit · aut perpe
tuam incurrit infamiã · vel ſeipam occidet
aut infantem ex ſtupro natũ continuo non
baptizatum iugulabit · aut demiqꝫ totꝰ vnꝰ
ſtatus aut cõmuñitas infamiam aut ruinã
patietur. Sentimꝰ poſtremo huius peccati

in ſompno fantaſias ⁊ illuſioēs. tunc tamē
eſt pcc̄i piculū. cū q̄s antea vel pt⁹ in vigilia
in nocturna fantaſia vel pollucōne delectat᷑

Capitulū. xij. de octauo cait p̄cepto

Ctauū p̄ceptū eſt. Non falſum teſti-
moniū dices. Hoc p̄cepto omē men
daciū ꝓhibet᷑ illud quod in alteri⁹
pniciem ɔmittitur. ꝙ ſi iuramētum interuene
rit graui⁹ peccat quia piurus eſt. Nūq̄ꝫ eni
pro ſalute etiā hōis corꝑali vel ſpūali debet
quis piuriū cōmittē. ſiue coram iudice ſiue
ſeorſum. Periuriū vero quod q̄s in iudicio
publico ɔmittit eſt caſus epiſcopo ad ſoluē
dum reſeruat⁹. Coñ preceptū hoc ꝗuiter
peccāt qui in cōfeſſione mendacit᷑ peccatum
celant. aut aliū inique accuſant. Inſup coñ
p̄ceptum hoc agunt qui delectabilit᷑ nimis
adinuētis nouitatib⁹ aut alioꝝ diffamacō
nib⁹ aures credulas prebēt occaſionē inde
pcc̄i aſſumētes. aſſerētes nimia leuitate de
ꝓximis mala. Zelotopi p̄terea vel ſuſpicō
ſi ꝓximos ⁊ actus eorū male ⁊ ſiniſtre iudi
cantes. aut int᷑pretātes adeo. vt ex huiuſ
modi credulitate falſa. iniuſta bella ꝟl lites
ſepius moueantur

Sequitur. Terciūdecimū capitulum
quod nonū ambit preceptum

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Onū p̄ceptū eſt. Non ↄcupiſces vxo-
rem ꝓximi tui ⁊ ↄſimilit̄ nec femina
virū ↄcupiſcat Hoc p̄cepto diſtri-
cte ꝓhibet̄ oīs mod⁹ ł geſtus extioꝛ mal⁹
quo trahit̄ alius vel ſollicitat̄ ad peccatum
luxurie. ſiue per internūcium. ſiue per miſſio-
nem litterarum. ſiue per minas violentas
ſiue etiam per munera. per promiſſiones. ꝑ
mendacia. aut fictas adulacōnes. aut in
ſuper ſuperfluo veſtimentoꝛū oꝛnatu. inoꝛdi
nato aſpectu vel inceſſu. verbis turpib⁹ aut
deniq₃ attactu quolibet luxurioſo. ſicut fre
quenter contingit in amplexibus ⁊ oſculis

Sciendū eſt nāq₃ ꝙ oīs ↄcupiſcentia car-
nalis ↄmixtionis p̄ter m̄rimoniale vinculū
etiam ſolo volūtatis conſenſu plenarie per
petrata. eſt moꝛtale peccatum. vbi carnał
copula minime ſubſequetur. Equidem
vera eſt hec regula magiſtralis. Omnis cō
pleta voluntas ſiue bona ſiue mala ꝓ facto
reputatur. Mala voluntas pro facto repu
tatur. In peccati genere peccare poteſt ꝑ-
ſona m̄rimonialit̄ alteri copulata. queād
mod ⁊ ſoluta vt ſi mulier alteri⁹ ꝙ̄ viri ſui
carnalem ſocietatem ↄcupiſcat. Omīs etiā
conſenſus plenari⁹ ⁊ deliberatus. quo q̄s in
turpibus et carnalib⁹ cogitacōib⁹ delectat̄

vbi etiã deest voluntas actũ exteriorem perpe
trãdi. scdm plures doctores est mortale pccm

Patet igitur ex premiſſis omẽs ãplexꝰ
oscula ⁊ ꝯsimiles attactꝰ pncipalit ex luxu
rioſis cogitacõibꝰ prius enumeratis ꝓce
dentes. ſunt grauia delicta. tãtoqȝ grauiora
ſi pſone fuerint affines. aut religioſe. vel e
iuſdem ſexus. et qd enormiꝰ eſt. ſi in talibꝰ
attactibus vel oſculis talis nõ ſeruetur ho
neſtas. q̃lis in publico ſeruaret. Quãobrẽ
ſi quis in premiſſis attactibꝰ vellet alteri
vim inferre. deberet alius ex aduerſo quẽ
admodũ ꝓ vite corpalis tuicione viriliter
r̃ſiſtere. ſiue verbis ſiue factis. aut validis
clamoribus. aut demũqȝ factũ tale pſonis ip
ſum in hoc iuuarẽ valentibus ⁊ ad hoc aſtri
ctis reuelãdo. Alioqñ talis quiquis ille eſt
nõ ſincerit ſuã diligit caſtitatẽ et honorem

Capitulũ. xiiij. decimũ declãt p̃ceptũ

Ecimũ preceptũ eſt. Nõ ꝯcupiſces rẽ
ꝓximi tui. Hoc eſt alteriꝰ cuiꝰcũqȝ
Et intelligit hic ꝯcupiſcentia ꝓhibe-
ri queãdmodũ ſup̃ vt in ſexto p̃cepto de fur
to ⁊ latrocinio explicatũ eſt. Prohibet enĩ
hic cõcupiſcentia ⁊ volũtas mala. cũ mala
volũtas vt paulo ãte dictũ eſt ꝓ facto r̃puta-
tur. Tali nãqȝ cupiditatẽ cadit frequẽter

homo in inuidiã. et in impacientiam ſui ſta-
tus. et dei blaſphemiam. apud ſe non recte
cogitans bona temporalia ſe iuſtius merũ
iſſe ꝗ̃ talis ſuus vicinus. quod idcirco de⁹
iniuſtus eſt. et ſibi non niſi fruſtra ⁊ inani
ter ſeruiendum eſt. ꝗ ſi incõmodum aliqd
aut dampnum alteri contigerit. ſtultus ille
letatur et gaudet aſſerens pro ſuis deme
ritis et occulta malicia hoc eidem accidere
Contra preceptum hoc ɽ̉ductiue peccant
operũ miſericordie tam corpaliũ ꝗ̃ ſpũaliũ
ſeu elemoſinarũ retentores. veluti. paupib⁹
indigentib⁹ cum facultas adeſt. ⁊ occurrẽte
euidente nccitate non ſubueniẽtes. ⁊ ſpecia
lit̉ pntes ꝓprios. quos pudẽdũ eſt mẽdica
re. ꝗ̉ deſeruiẽtes eſurire aut egẽ pmittẽtes
Cõſimilit̉ peccãt q̃ ſeruitoꝝ ſuoꝝ ſalariũ vel
lucrũ iuſtũ iniuſte retinẽt. q̃ in elemoſiarũ
ꝑtextu aut fundacõis eccleſiarũ occupant
inique aliorum bona dicentes proximos ni-
mis diuites eſſe ⁊ eiſdem abuti nec eis pro-
pterea reſtituenda fore. Condempnat eos
namqꝫ approbata pauli regula affirmans
non eſſe facienda mala vt inde bona eue
niant. Nec quo quomõ p pcc̃m offendend⁹
eſt deus. eius trñſgrediendo ꝑcepTũ q̃lecũqꝫ
bonum inde prouenire contigerit

Capitulū.xv. oſtēdit q̄liter in hijs decem preceptis velud in mundo quodā ſpe culo. facies cōſciarū nr̄arū debem⁹ inſpicere

Ec igiť ſunt decem legis p̄cepta diui ne ſupius enarrata. in quib⁹ quaſi ſpeculo quodā polito terſo et mūdo religionis xp̄iane veritatē plegere et toci⁹ vite noſtre ac aiarū conſciarūq3 nr̄arū pul chritudinē atq3 feditatē poſſumus diſticte conſpicē. Hijs mediantib⁹ cognoſcit homo vite ſue decurſū. qualiť diuina precepta ſer uaueit. qn̄tūcūq3 deuiauerit. quib⁹ modis ſecūdū varias pc̄coꝝ ſpēs deum offenderit qualis demiq3 pc̄corū confeſſio habenda ſit Quod ſi predictoꝝ aliq̄ a quoq̄ꝫ non plene intelliganť. cōſulat ſup hijs ſapiētes potiſſi me ac deuotos viros. Omīs nāq3 perſona poſtq̄ꝫ ad ānos diſcrecōnis pueneit ſi ꝯſen ſu volūtario plenario et deliberato horū ali cui preceptoꝝ p contēptum inobediēs exſti teit. dilectioni dei amorē creature ꝑponendo extra ſalutis ſtatim efficiť. ⁊ in dāpnacōis piculo ſtatuiť. nec gratū aliquid deo. dignū btītudine opatur. Quācq̄ꝫ ſi tēptacōem gu̅ē aut diuturnā ire ſiue luxuie vel altius pc̄ci quis incidat. ſi ipſa temptacō hoi diſpliceat aut eidē hō reſiſtat. vel nō plene ⁊ deliberate



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

